



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

13 Vicarius Episcopalis creari debet in spiritualibus, & temporalibus  
generalis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Fallit octavò in ecclesiæ consecratæ pol-  
lutæ reconciliatione, quam Episcopus, non  
autem Vicarius, potest reconciliare, *capit.*  
*aqua, per Episcopum, & ibi Abb. n.1. consecr.*  
*Eccles. vel ait. ex privilegio tamen Aposto-*  
*lico quandoque Episcopi hanc facultatem*  
*reconciliandi aqua per ipsos exorcizata*  
*alijs possunt delegare. Et regulariter ea,*  
*quæ dispositione divina certo ordini sunt*  
*tributa, illum ordinem non habenti com-*  
*mitti non possunt, gl. pen. in dict. c. aqua, &*  
*ibi Abb. num. 2. & 8. quæ autem sunt juris-*  
*ditionis, ut judicare, excommunicare, ab-*  
*solvere, beneficia conferre, & his simile,*  
*Episcopi Vicarijs, aut alijs personis Eccle-*  
*siasticis possunt demandare, ut distinguit,*  
*gloss. in eod. cap. aqua. in verbo, jurisdictionis,*  
*& gloss. fin. in c. transmissa, de elect. ea au-*  
*tem, quæ sunt jurisdictionis, potest electus*  
*exercere, non autem quæ sunt ordinis E-*  
*piscopalis, cum illa acquirat per consecra-*  
*tionem, quæ ante exercere non potest, ea-*  
*dem gloss. fin. in cap. transmissa, Joann. de*  
*Sel. in tract. de Benef. in par. 2. qu. coll. 11.*

Fallit nonò in Indulgentiarum conces-  
sione, quas Episcopi concedere possunt,  
non autem Vicarij, vel alij Episcopis infe-  
riores, *cap. accidentibus. de excess. pralat.* &  
*Navarr. de lusb. & Indulg. not. 7. n. 2. tom. 3.*  
Niù ex privilegio speciale.

13. In reliquis autem † Vicarius creari de-  
bet generalis in spiritualibus, & tempora-  
libus, *cap. cum nobis olim, in fin. cap. nihil.*  
*in fin. de elect. cap. cum venerabilis, de re-*  
*lig. doct. cap. fin. §. precipitu, de stat. mon.*  
& *cap. si Episcopus de supplen. negl. pralat.*  
14. *in 6. † Ulterius continere debet specia-*  
*liter facultatem beneficia conferendi, quæ*  
*sub generalitate verborū non comprehen-*  
*ditur, cap. fin. de offic. Vic. in 6. & glo. fin. in*

*cap. statutum, de prab: ead. lib. nec facultas*  
*inquirendi, corrigendi, aut puniendi exces-*  
*sus, seu aliquos à suis beneficijs, officijs, seu*  
*administrationibus amovendi, per genera-*  
*lem deputationem Vicarij transfertur, licet*  
*generaliter cognitio caularum transfera-*  
*tur, ( nisi hæc (specialiter sibi committan-*  
*tur) c. licet eod. tit. & lib. quamvis facultate*  
*Vicarii omnia capita, quæ ad forum Epis-*  
*copale devoluuntur, non exprimantur,*  
*dummodo in generali Vicaria aliqua ex ijs,*  
*quæ speciale mandatum requirunt, fuerint*  
*expressa cum clausula generali, omniaque*  
*alia, & singula, quæ nos facere possemus,*  
*etiam si talia forent, quæ mandatum exige-*  
*rent magis speciale, quām præsentibus sit*  
*expressum, aut verba æquipollentia, exten-*  
*ditur ad alia speciale mandatum requiren-*  
*tia, gloss. ult. in cap. licet de offic. Vic. in 6.*

15. Vicario Episcopali generali, † ut ampli  
possit habere jurisdictionem conferendi,  
& omnia exercendi, quæ in tribunali Epis-  
copali debet exercere, est tribuenda plena,  
& omnimoda facultas, & potestas ecclæ-  
siam Cathedram, & diœcesim, illiusque  
mēbra, castra, terras, villas, & alia quæcū-  
que loca, bona, ac jura eidem spectantia, &  
pertinetia in spiritualibus, & temporalibus  
regendi, & gubernandi, illisque in divinis,  
& alias prout decet, deserviendi, & deser-  
viri, ac in eadem ecclesia civitate, & diœ-  
cesi veibum Dei Clero, & populo prædi-  
care faciendi, & ubi, quando, ac quoties,  
& cū quibus sibi videbitur, † in quibusquis  
casibus ordinarijs locorum à jure; & sacro  
Concil. Trid. permisis dispensandi, litteras  
dimissorias, & commendatitias, & ad or-  
dines etiam sacros in absentia ipsius Epi-  
scopi, ut à quoenque catholico Antistit  
gratiam, & communionē Sanctæ Sedis A

M postolic